Hryniewicze — Exemptio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitan[eali]bus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Sawka olim Joldim Hryniewiczki sanus mente et corpore exis[tens] palam publice ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Seuerinus olim Jleko Hryniewiczki ex obligatione bonorum in haereditate Hryniewicze sit[orum] per ol[im] parentem eius sibi recognoscenti inscripti octo florenos polon[icos] persoluit ideo ipsum quietat Inscriptionem cum toto effectu cassat et de bonis exnunc condescendit.

Hryniewiczki — Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparentes Nobiles Sawka olim Joldim Hryniewiczki et Juliana filia olim Procopij Hryniewiczki consors ips[ius] praesertim maritata cum eiusdem mariti sui assa et authoritate sani mentibus et corporibus existentes palam publice ac libere recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recognouit. Quia Nobili Paulo filio Chwiedor Hryniewiczki et Marinae Dołoczkowna consorti Ill[iu]s Laurentij Hryniewiczki et ipsorum legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Hryniewicze sit[orum] aream nouem sulconum a via Ancucinska ad viam Jerechowiez protenden[tem] inter metas eiusdem Pauli et ips[ius] Marinae mariti iacen[tem] cum toto arboribus et omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinen[tiis] et pertinen[tiis] nullis exceptis perpetue ac in aeuum dederunt donauerunt et irreuocabiliter resignauerunt. Quibus iam exnunc Intronem realem cum actuali ac pacifica possessione per Min Regni Gen[eralem] et nobiles duos officiose acceptandam dant et admittunt Paceniq[ue] tuitionem et Euictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iudicio quarumuis personarum propinquarum et remotarum per et vltra omnes praescriptiones Jures cauent sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria missione ac satisfactione omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores vti abscribendo et abrenunciando salua Rumatione et deportatione Aedificiorum et Euectione fimorum ac bonorum suorum mobilium ac commansione ad festum Sanctae Trinitatis in anno proxi[me] futurum sibi recognoscenti praecustodita.